



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

18. Maji. Fovendo infirmo quidquid peculii adest, impendatur; nos qui recte valemus, si alia non suppetant, duro pane facilè vivemus. S. Ignat. apud Bart. l. 3. f. 274.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

*pede conjunctim utroq³, voluntate nimis
rum, & judicio limen transfiliat, S. Ign.
ibid. l. 3. f. 270.*

A Cephalum esse oportet Religiosum.
Christus Religiosorum Alpha, in ca-
pite libri de se scribi voluit, ut faceret vo-
luntatem Patris: Hoc nempe caput & sum-
ma vitæ arctioris est: caput posse subicere.

Nec gravis esse potest, hæc parendi
promptitudo, nisi renuenti. In cujusque
manu situm est, ut jugum sibi reddat sua-
ve & onus leve. Si velit, quod superior,
facilia fient omnia.

Nullum intolerabilius inobedientis ju-
go, quod vult, non potest; debet, quod non
vult. Perpetuum martyrium, idque sine
merito, bis patitur, & à se, & à præside.

Ceræ instar mollis, facilique manu tra-
ctabilis semper lætus, formas in omnes fimo
gi se finit, digiti nutum sequitur, nec lacer-
rum expectat.

18. Maji.

*Fovendo infirmo quidquid peculii adest, im-
pendatur; nos qui rectè valemus, si alia
non suppetant, duro pane facile vivemus.
S. Ignat. apud Bart. l. 3. f. 274.*

Li

Liberalitas suis semper digna encom-
 re ipsâ major fit, si in ægros diffunditur;
 tur; hæc debitorem facit Deum, nec
 quòd timeat paupertatis angustias, qui
 ægros liberalis extitit.

Magna pars mali tollitur, si liberalis
 æger effectum experiatur; nec leviter
 tigur dolor, si eum cum compatiens
 divilum advertat.

Geminum malum est, si corporis infirmitas
 animi secum trahat ægritudinem
 quam turpis creat parsimonia. Sic enim
 afflicto additur afflictio.

Si, quod pronum est, erroris aliquis
 æger committat, non ægro, sed ægritudi-
 adscribendum: corporis namque indispo-
 sitio, facilè transit ad animum, & physicum
 nimis, quàm sæpe agit in morale.

19. Maji.

*Tantâ in Deum niti oportet fiducia, ut ma-
 re ipsum, si navis deesset, nuda se in
 bula superaturum credat. S. Ignat. de
 Mass.*

Tanta est Dei potentia, immensa libe-
 ralitas, ut humanâ spe, quantacumque
 sit, minùs exhaustiri, quàm mare tenui
 chleari possit.